



Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

58 Haeretici relapsi qua poena puniantur.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

tentiam rēdeat ad fidem , & dummodo non sit relapsus , quia redeundo recuperat beneficium , & bona , secus autem , si post sententiam , quia tunc non sine A. 57 postolica dispensatione , ut post Dom. Imol. tenet Franc. in cap. ut commissi pro pē sin. de heret. in 6. quem refert. Pegna. 3 par. Direct. comment. 13. vers. sed dominicas.

54 ¶ Redeentes autem ad Ecclesiam recuperant bona quasi iure postliminij, arg. tex. in l. si quis forte, & tot. tit. C. de post lim. rever.

55 Tertia poena , ¶ quam clericus hæreticus patitur , est quod bona ejus publicantur , & si habet ecclesiam , eidem ecclesiae , à qua stipendia receperat , applicantur , si enim clericus in pluribus ecclesiis diversos redditus receperit , pro rata inter easdem sunt dividenda , c. excommunicamus , primò , §. damnati verò juncta gloss. in ver. stipendia. & ibi Butr. extr. de heret. & Diaz. eod. c. 106. circ. med. Si autem nullam habet ecclesiam , puto quod in pios usus sint applicanda per Episcopum distribuenda. Abb. in dict. cap. excommunicamus ante num. 1. quem sequitur Anna. colum. 2. de heret. & Diaz dict. c. 106. ubi supra , & vers. quia ille natus.

56 Quarta , ¶ quod post abjurationem est perpetuò carceri mancipandus , & constitutus in sacris , degradandus , ut c. 1. de heret. in 6. Et hoc casu solus Episcopus , adhibitis tamen totidem Abbatibus usum mitrae , & baculi , ex privilegio Apostolico habentibus , si in civitate , aut dioecesi reperi , & commode interesse possint , aliquin aliis personis in ecclesiastica dignitate constitutis , quae aetate graves , ac juris scientia commendabiles existant , ad degra-

dationem procedere potest , dict. capit. 1. & Concil. Tridentin. cap. 4. de reform. sess. 13.

Degradatio ¶ autem est duplex , verbalis , & actualis , ut c. degradatio , de pœn. in 6. & Pegna eodem Direct. comment. 45. vers. ex his colliges par. 3. Verbalem depositio- nem facere potest non solum Episcopus , sed etiam Vicarius , qui potest contra clericum sententiam promulgare , illum pluri- bus gravibus de causis ordinum ministe- riorum , sive executione privando , qua est ver- balis degradatio , aut potius depositio vo- catur , ut animadvertisit Jul. Clar. in sua pract. crim. quest. 74. & declarat Pegna. eo- dem comm. 45. vers. ex his , & vers. actualis autem , & sentit. Felyn. in cap. at si clericis , circa fin. de jud. Propriè verò actualis de- gradatio in crimine hæresis locum habet. Clar. in pract. crim. ubi supra , quia ordina- tus tunc actualiter , & personaliter priva- tur , exsultur , & isolatur ordinibus ecclæ- siasticis , Pegna eodem. vers. actualis autem : Et ex dispositione antiquorum canonum in degradatione Episcopi , duodecim Epi- scopi ; in degradatione presbyteri sex ; & in degradatione diaconi tres Episcopi requi- rebantur : ut in c. si quis tumidus , cum duobus sequ. 15. quest. 7. & gloss. in cap. 1. de heret. in 6. Qua autem forma fiat degradatio , trad. tex. in dict. cap. degradatio , de pœn. in 6. & melius habetur in Pont. Rom. in quo ad litterā omnia requisita leguntur. Hæc au- tem degradatio actualis non Vicariis , aut aliis inferioribus , sed ab habentibus digni- tatem Episcopalem tantum fieri potest , juribus supra allegatis.

58 Quintam ¶ pœnam incurunt hæretici , qua traduntur curiæ seculari , si sunt re- lapsi aut hæresiarchæ ; de quibus Ecclesia

P pp non

non confidit, etiam post abjurationem: vel pertinaces, ac pluribus aliis casibus, de quibus in eodem. Direct. Inquis. par. 2. quest. §8. Pegna ibi quest. 83. per totum. Et licet parum referre videatur, dummodò pœna mortis plectantur, an gladio, igni, vel alio suppicio interficiantur, ut per Alphons. 61. Castr. de just. heret. punit. lib. 2. cap. 12. regulariter tamen hæretici in eorum mala opinione pertinaces, vivi in conspectu hominum sunt comburendi. Hostiens. in cap. ad abolendam, de heret. Jul. Clat. in præl. crimin. §. heresis, in vers. scias tamen, & Covar. lib. 2. var. resolut. cap. 10. numer. 10.

Si autem poenitentiam egerint, licet post sententiam, & mortis tempore eis ministrarentur sacramenta poenitentia, & Eucharistia, etiamsi plures fuerint relapsi, 62 laqueo suspenduntur, deinde mortui igne cremantur. Covar. dict. nu. 10. vers. tandem in Hispania. & cap. super, de eodem de heret. in 6.

§4 Firmissimè enim est tenendum, + & 63 nullatenus dubitandum, omnem hæreticum, vel schismaticum cum diabolo, & angelis ejus æterni ignis incendio participare: nisi ante finem vitæ, catholicæ fuerit incorporatus, & reintegratus Ecclesiæ. Et omni homini, qui Ecclesiæ Catholicae non tenet unitatem, neque baptismus, neque eleemosyna, quantumlibet copiosa, neque mors pro nomine C H R I S T I suscepta 63 proficere poterit ad salutem. Augustin. in libr. de fid. ad Petr. Diac. relat. in cap. firmissimè tenet extr. de heret., & per Aimeric. in eodem Director. Inquisitor. part. 2. cap. 3.

60 Ultrà pœnam mortis, + plures alias pœnas hæreticus incurrit, infamia, & me-

moriæ, quæ damnatur, quia damnato auctore, damnantur ejus scripturæ, libri, & opera, ut capitulo fraternitatis, eodem sit de heret. & Pegna in eadem 2. par. Director. Inquisitor. comment. 3. vers. primum damnato.

Ita, + quod opera auctorum damnatorum nullo modo recipi debent, neque uti, auctorizabilia, neque tanquam rationablia; quoniam indistinctè hæreticorum libri sunt damnati, & sub pœna excommunicationis prohibiti, in Bulla Cœnæ Domini, ut per Graff. decis. aur. par. 1. lib. 4. c. 18. num. 40. & in indice, lib. Clem. pape VIII. reg. 10. vers. quod si quis; Quæ procedunt, etiamsi libri hæreticorum multa bona contineant, quoniam periculum est non leve, ne inter utilia hæreses latitent, cum hæreticorum mos + sit bona multa docere, ut falsa facilis persuadeant. Host. in dict. capitulo fraternitatis, num. 1. & Pegna in eodem Director. Inquisitor. comment. 3. vers. rursus idem.

Scientes + autem, animo que deliberato hæreticorum libros, vel cuiuslibet auctoris scripta propter hæresim, vel falsi dogmatis suspicione damnata legentes, habentesve, ipso jure in excommunicationis pœnam incident; eamque ob causam in eos, tanquam de hæresi suspectos inquis & procedi licet, ut in littera Pg. IV. in Bull. Roman. c. 99. vers. si quis autem,

Quæ suspicio est levis, vehemens, aut violenta, secundum qualitatem personarum, & circumstantiis considerans, de quibus per Pegnam d. comment. 2. vers. ad hoc suspicio, ubi de qualitatibus librorum, & pœna, qua plecti debent libros damnatos retinentes, per tot. & comment. 12. 64. dem par. 2.

Dam-

